Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Altes Testament, 2. Teil - Cod. Aug. perg. 89

[S.l.], Datierung unklar

Abacuc propheta; prologus

urn:nbn:de:bsz:31-67620

Visual Library

in medio tui: inimicis tuis adaper-
tione pandentur portae terrae tuae.
devorabit ignis vectes tuos. Aquam
propter obsidionem hauri tibi: extrue
munitiones tuas: intra in lutum
et calca: subiens tene laterem. Ibi
comedet te ignis: peribis gladio. de-
vorabit te ut bruchus. Congrega-
re ut bruchus: multiplicare ut locu-
sta. Plures fecisti negotiationes
tuas quam stellae sint caeli: bruchus
expansus est et avolavit. Custodes tui
quasi locustae: et parvuli tui quasi lo-
custae locustarum: quae consident in se-
pibus in die frigoris. Sol ortus est et
avolaverunt: et non est cognitus locus
earum ubi fuerint. Dormitaverunt
pastores tui rex Assur: sepelientur
principes tui. Latitavit populus tuus
in montibus: et non est qui congreget. Non
est obscura contritio tua: pessima
est plaga tua. Omnes qui audierunt
auditionem tuam compresserunt
manum super te. quia super quem non tran-
sivit malitia tua semper. Explicit
Naum propheta. Incipit prologus

Quatuor prophetae abacuc propheta
in duodecim prophetarum vo-
lumine sunt: exceptis tres
in principio than. id est pondus in
titulis habens. Zacharias in medio
et circa finem duos huiuscemodi ponit
titulos exceptis unus est. Onus verbi
domini in terra adrach et damasci requies eius.
alter in fine est. onus verbi domini super
israel. Sed et quia abacuc qui vel ex eo quod
amabilis domini est. vocatur amplex-
ans: vel quod in certamen et luctam et
ut ita dicam amplexum cum deo con-
greditur: amplexantis id est lucta-
ntis sortitus est nomen. Nullus enim
tam audaci voce ausus est deum ad di-
sceptationem iustitiae provocare et dicere
ei. Cur in rebus humanis et mun-
di istius politia. id est conversatione tanta
rerum versatur iniquitas. Usque quo
domine clamabo et non exaudies. Vocife-
rabor ad te vim patiens et non salva-
bis. Quare ostendisti mihi iniquita-
tem et laborem videre: lacerata est
lex: et non pervenit usque ad finem rectum
quia impius praevalet adversus iustum.
ideo egreditur iudicium perversum. Vi-
des quam temeraria vox sit. et
quodammodo blasphemantis creato-
rem suum ad iudicium provocare: et vas
fragile adversus figulum cur tale
vel tale factum sit disputare. Nec non
et hoc animadvertendum quod assump-
tio vel pondus quae gravia sunt
esse dignoscuntur. prophetae visio est et ad visum
monstrat dogma perversum intelli-
gitur quod videtur: nec ut amens loqui-
tur nec more insanientium femi-
narum dat sine mente sonum. Unde
et apostolus iubet ut si prophetantibus aliis:
alii fuerit revelatum taceant qui prius
loquebantur: et statim non est inquid dis-
sensionis deus sed pacis. Ex qua re in-
telligitur cum quis voluntate reticet
et alii locum dat ad loquendum posse
et loqui et tacere cum velit. Qui autem in extasi
id est invitus loquitur nec tacet nec
loqui in sua potestate habet. Prophe- h autem sciendum
tiam esse contra babilonem et nabucho-
donosor regem chaldeorum: ut quidam putant
propheta naum quem abacuc sequitur
vaticinium habuit contra nineven
et assyrios: qui vastaverunt x. tribus
quae vocabantur israel. ita abacuc

prophetam habeat adversus babilonem et nabuchodonosor a quibus iudea et ierusalem templumque subversa sunt. Futurum secundum litteram causatur adversus dominum propheta cur nabuchodonosor templum dei vastet et iudeam cur ierusalem quamquam urbs domini destruat. quare clamet propheta et non audiatur. vociferatur a domino oppressus a chaldeis et non salvetur. cur etiam ipse propheta vel prophetis cuius persona loquitur ad hoc vixerit et huc usque productus sit ut iniquitatem hostium et suum videret laborem. cur iniusticia prevaleat adversum se. Et hoc dicit premittens augustia nesciens aurum in igne conflari et tres pueros de camino puriores exisse quam intraverint. Sed et si generaliter accipere possimus quod ex persona humane inpatientie loquatur. ut inquietulam vocem et plenam doloris erumpat dicens. Quare respicis contemptores et taces conculcante impio iustiorem se. Hec autem loquitur nesciens iudicia dei investigabilia et profundum divitiarum sapientie et scientie eius quod non ita videat deus ut homo videt. Homo tantum presentia respicit. deus similiter et eterna cognoscit. et quomodo si egrotus et estuans febribus aquam frigidam postulet. et dicat ad medicum vim patior crucior uror examinor. usque quo medice clamabo et non exaudies. et respondeat ei sapientissimus et clementissimus medicus. Scio quo tempore debeam dare quod postulas dari. Non miseror modo quia vena ista crudelitas est et voluntas tua contraria te petit. ita et dominus noster sciens clementie sive pondera atque mensuras interdum non exaudit clamantem ut eum probet et magis provocet cum adrogandum. et quasi igne excoctum iustiorem et puriorem faciat. Quod intelligens apostolus secundum id quod in animo est consecutus a domino ait. Sed non deficiamus et benedicat dominus omni tempore. et scit quod qui perseveraverit usque in finem hic salvus erit. et gloriatur in labore et dolore et cum hieremia dicit. Tribulationem et miseriam invocabo. ut qui alius invocat dominum sic sanctus vir et bellator fortis ad exercendum se et probandum tribulationem et miseriam invenire desideret. Explicit prologus. Incipit abacuc propheta.

Onus quod vidit abacuc propheta. Usque quo domine clamabo et non exaudies. vociferabor ad te vim patiens et non salvabis. Quare ostendisti michi iniquitatem et laborem videre predam et iniusticiam contra me. Quare respicis contemptores et taces conculcante impio iustiorem se. Et facies homines quasi pisces maris et quasi reptilia non habentia ducem. Et factum est iudicium et contradictio potentior. Propter hoc lacerata est lex et non pervenit usque ad finem iudicium. Quia impius prevalet adversus iustum. propterea egreditur iudicium perversum. Aspicite in gentibus et videte et admiramini et obstupescite. quia opus factum est in diebus vestris quod nemo credet cum narrabitur. Quia ecce ego suscitabo chaldeos gentem amaram et velocem ambulantem super latitudinem terre ut possideat tabernacula non sua. Horribilis et terribilis

ē. ex semetipsa iudiciū. & onus eius
egredietur. Leuiores pardis equi
eius. & uelociores lupis uespertinis.
& diffundentur equites eius. Equites
namque eius de longe uenient. uolabūt
quasi aquila festinans ad comeden
dū. Omnes ad prędam uenient. facies eo-
rum uentus urens. Et congregabit qua
si harenā captiuitatē. & ipse de regib3
triumphabit. & tyranni ridiculi eius
erunt. Ipse sup omnē munitionem
ridebit. & comportabit aggerem et
capiet eam. Tunc mutabitur sp̄c eius
& pertransibit & corruet. hec ē fortitu
do eius dei sui. Numquid n̄ tu a principio do
mine deus sc̄e meus. & n̄ moriemur. Dn̄e
in iudiciū posuisti eū. & fortē ut corri
peres fundasti eum. Mundi s̄ oculi
tui ne uideas malū. & respicere ad i-
niquitatē n̄ poteris. Quare non respi
cis sup iniqua agentes. & taces de
uorante impio iustiorē se. Et facies
homines quasi pisces maris. & qua
si reptile n̄ habens principē. Totū in
hamo subleuabit. traxit illud in sa
gena sua. & congregauit in rete suū.
Sup hoc letabitur & exultabit. Pro
pterea immolabit sagene sue. & sacrifi
cabit reti suo. quia in ipsis incrassata ē
pars eius & cibus eius electus. Propter
hoc ergo expandet sagenam suā.
& semp interficere gentes n̄ parcet.
Sup custodiam meā stabo. & figam
gradū meū sup munitionē. & contem
plabor ut uideam qd̄ dicatur m̄. &
qd̄ respondeā ad arguentē me. Et
respondit m̄ dn̄s. & dixit. Scribe ui
sum & explana eū sup tabulas. ut
percurrat q̄ legerit eum. quia adhuc
uisus procul. & apparebit in finē & n̄

mentietur. Si moram fecerit expecta
eū. quia ueniens ueniet & n̄ tarda
bit. Ecce qui incredulus ē n̄ erit
recta aīa eius in semetipso. iustus aūt
in fide sua uiuet. Et quomodo uinū
potantē decipit. sic erit uir superbus
& n̄ decorabitur. qui dilatauit
quasi infernus aīam suā. & ipse
quasi mors & n̄ adimpletur. & con
gregabit ad se omnes gentes. & coa
cerbabit ad se omnes populos. Numquid
n̄ omnes isti sup eū parabolam sument.
& loquelam enigmatū eius. Et dicet
ue ei qui multiplicat n̄ sua. Usque
quo aggrauat contra se densum
lutum. Numquid n̄ repente consur
gent qui mordeant te. & suscitabūt
lacerantes te. & eris in rapinā eis.
Quia tu spoliasti gentes multas.
spoliabunt te omnes q̄ reliqui fuerint
de populis. propter sanguinē hominis &
iniquitatē terre ciuitatis. & omniū
habitantiū in ea. Ue qui congregat
auaritiā malā domui sue. ut sit
in excelso nidus eius. & liberari se
putat de manu mali. Cogitasti con
fusionē domui tue. concidisti populos
multos. & peccauit aīa tua. Quia
lapis de pariete clamabit. & lig
num qd̄ inter iuncturas edificiorum
ē respondebit. Ue qui edificat ciui
tatem in sanguinib3. & preparat ur
bem in iniquitate. Numquid n̄ hec s̄
a dn̄o exercituū. Laborabunt enim
populi in multo igne & gentes in ua
cuū & deficient. quia replebitur t̄
ra ut cognoscant gl'am dn̄i. quasi
aque operientes mare. Ue qui po
tū dat amico suo mittens fel suū
& inebrians. ut aspiciat nuditatē eius.

Repletus e ignominia p gl'a. bibe tu quoq; et consopire. Circumdabit te calix dextere dni. et uomitus ignominie sup gl'am tuam. q2 iniquitas libani operiet te. et uastitas animaliu deterrebit eos de sanguinibz hoim. et iniquitate tre et ciuitatis. et omniu habitantiu in ea. Qd prodest sculptile qr sculpsit illud fictor suus. conflatile et imaginem falsam. qr sperauit in figmento fictor ei. ut faceret simulacra muta. Ve qui dicit ligno expergiscere. surge lapidi tacenti. Numqd ipse docere poterit. Ecce iste copertus e auro et argento. et omnis sps non e in uisceribz ei. Dns aut in templo sco suo. sileat a facie ei omnis terra.

Oro abacuc pphe p ignorationibz

Dne audiui auditione tua et timui. Dne opus tuu in medio annoru uiuifica illud. In medio annoru notu facies. cu iratus fueris mie recordaberis. Ds ab austro ueniet. et scs de monte pharan. Operuit celos gl'a ei. et laudis ei plena e tra. Splendor ei ut lux erit. cornua in manibz ei. Ibi abscondita e fortitudo ei. ante faciē ei ibit mors. Egredietur diabolus ant pedes ei. Stetit et mensus e tram. Aspexit et dissoluit gentes. et contriti s montes sch. Incuruati s colles mundi. ab itineribz eternitatis ei. Pro iniquitate uidi tentoria ethiopie. turbabunt pelles tre madian. Numquid in fluminibz iratus es dne. aut in fluminibz furor tuus. ul in mari indignatio tua. Qui ascendes sr equos tuos. et quadrige tue saluatio. Suscitans suscitabis arcu tuu. iuramenta tribubz que locut es. Fluuios scindes tre. uiderunt te aque. et doluerunt montes. gurges aquaru transiit. Dedit abyssus uocē suam. altitudo manus suas leuauit. Sol et luna steterunt in habitaculo suo. in luce sagittaru tuaru ibunt in splendore fulguranti haste tue. In fremitu conculcabis terra. in furore obstupe facies gentes. Egressus es in salutē ppli tui. in salutē cu xpo tuo. Percussisti caput de domo impii. denudasti fundamentu ei usq; ad collu. Maledixisti sceptris eius. capiti bellatoru ei. uenientibz ut turbo ad dispgendu me. Exultatio eoru sicut ei q deuorat paupem in abscondito. Viā fecisti in mari eqs tuis. in luto aquaru multaru. Audiui et conturbatus e uenter ms. a uoce contremuerut labia mea. Ingrediatur putredo in ossibz meis. et subt me scateat. Et requiescam in die tribulationis. ut ascendam ad ppl'm accinctu nrm. Ficus e n florebit. et n erit germen in uineis. Mentietur opus oliue. et arua n afferent cibu. Abscindetur de ouili pecus. et n erit armentu in psepibz. Ego aut in dno gaudebo. et exultabo in deo ihu meo. Ds dns fortitudo mea. et ponet pedes meos quasi ceruoru. Et sup excelsa mea deducet me uictor in psalmis canentem.

Explicit abacuc pph'a. Incip plog sophonie prophe.

Tradunt hebrei cu cuiuſ